



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XXXIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Stendal über Bede- und Dienstforderungen aus Lehngütern ihrer Bürger, am 13. Dezember 1279.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XXXIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Stendal über Bede- und Dienstforderungen aus Lehngütern ihrer Bürger, am 13. Dezember 1279.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus has literas visuris salutem in vero salutari. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, expedit ea poni in linguis testium vel scripti memoria perhennari. Hinc est quod notum facimus uniuersis tam presentis temporis quam futuri, quod cum honestis Burgenfibus nostris de Stendal conventionem talem fecimus de precaria, quam necessitate compellente in bonis eorum feodalibus petiuimus, quod nullam de ipsis perpetuo dabunt precariam nec seruitium aliquod facient ab eisdem. Pro eo prefati nostri Burgenfes dederunt nobis de choro duri frumenti tres fertones et de talento tres fertones sicut de quolibet frusto duro. Preterea quicquid prefati nostri Burgenfes post istam diem honorum feodaliū emerint a nostris hominibus in terra nostra, ab ipsis bonis de quolibet choro duri frumenti tres fertones dabunt et habebunt ea perpetuo libera a precaria et seruitio, sicut superius est dictum. Etiam si contingeret Burgenfes dictos emere a nobis seu a nostris hominibus bona feodalia, quorum collatio ad nos pertineret, et ipsi conuenientiam talem nobiscum facerent, quod ea conferre vellemus, debent ipsi nobis dare de frusto duro quolibet tres fertones, sicut superius prenotatum est, et frui perpetua libertate, sicut superius est conscriptum. Insuper si aliquis burgenfis bona sua feodalia vellet alicui Burgenfi vendere, non dabit de eis aliquam pecuniam nec seruitium aliquod faciet de eisdem. Istam ergo prenotatam rationem ego Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, promittimus fide data pro fratribus et pueris nostris et omnibus posteris nostris, ut inconuulsa et inuiolabiliter conferuetur. Testes hujus rei sunt: Dominus Johannes de Yrefleue, Dns. Beteko de Exstede, Dns. Conradus de Snetlinge, Dns. Zabel de Plawe, Dns. Bufe de Kocstede, Dns. Wernerus de Swanberge, Dns. Gherko de Kerkowe, Dns. Arnoldus Volentscher, Dns. Johannes Groppeue, Dns. Dunker, milites. Preterea burgenfes Herbordus prefectus, Wezcel, Arnoldus Vlas-menger, Hinricus de Rokez, Johannes de Thuriz, Conradus Hidde, Godeschalcus de Jerchowe, Gherdangus filius Johannis, Ghiso de Schadewachten, Wilhelmus de Mossun, Johannes de Brunfwik et alii quam plures fide digni. Ut autem omnia predicta ipsis rata et inuiolabiliter conferuentur et in suo robore permaneant inconuulsa, presentem paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum apicibus communiri. Acta sunt hec in Stendal, anno Domini M^o. CC^o. LXXIX, Idus Decembris, in die beate Lucie virginis.

Nach dem Original im Stendalschen Rathsbarchiue No. 17.

XXXV. Vogt, Schöppen, Rath und Gemeinde Stendal's erklären sich mit der Verlegung des Stapels von Brügge nach Ordenburg einverstanden, am 29. September 1280.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Aduocatus, Scabini, consules et commune ciuitatis Stendaliensis salutem in domino. Cum, sicut est notorium, mercatores vniuersi